



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1766

VD18 90118251

§. 42. Renulphus Episcopus Parisiensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

Sæcul XIII. tra efficax modus contrahendi vacatio-
A.C. 1279. nem Ecclesiarum cathedralium aliarum-
 ve erat revenire ad jus antiquum, quo
 electiones in quavis provincia discuti &
 judicari solebant inconsulto Papa.

§. XLII.

Renulphus Episcopus Parisiensis.

Eodem tempore Episcopatus Parisinus
 vacabat per decessum Stephani Tem-
 perii mortui die dominico post festum SS.
 Lupi ac Ægidii, nempe 3^{io} Sept. 1279.
 Collegium in illius locum elegit Odonem
 Dionysiopolitanum Doctorem eruditissi-
 mum, sed grandem natu. Quidam Ca-
 nonici electionem impugnabant: fiebant
 appellationes ad Sedem apostolicam: &
 Odo Romam ibat, ut eas dirimi cura-
 ret. Papa, expensa re gravem electi æ-
 tatem videns, quæ inter alia ex tremu-
 lis ejus manibus apparebat, infirmavit
 electionem: sed antequam hoc divulga-
 retur, Odo jure suo cessit. Tum Papa
 & Cardinales electionem novam Colle-
 gio Parisiensi haud relinquendam duce-
 bant, ne diu nimium vacaret Ecclesia
 tam spectabilis. Idcirco Papa collatio-
 nem ejus sibi reservavit, eique præfecit
 Joannem Allevium notiores sub Joane
 nis Aurelianensis nomine, Parisiensis Ec-
 clesie

Dubois
 p. 402.

clesiæ Canonicum & Cancellarium, cujus ^{Sæcul.XIII.}
merita per famam noverat. A. C. 1280.

At Joannes Aurelianensis id edoctus secreto & insciis etiam domesticis suis inter Dominicanos Parisinos se abdidit, petitamque vestem religiosam ab iis accepit in vigilia Paschatis 20 Apr. 1280. Postea Papæ scribens, liberationem ab imposito sibi onere, suosque dies in electo vitæ genere finiendi copiam suppliciter poposcit. Papa tam sancto proposito nolebat obsistere; atque Parisinum Episcopatum contulit in Renulphum Humblariensem natione Normannum, Doctorem Theologiæ a sapientia & virtute sua celebrem, qui Ecclesiam S. Ger- ^{Baluz. 1.6.}
vasii rexerat, tunc vero primariæ seu ^{Miscell.}
cathedralis Canonicum agebat: ut li- ^{p.440.}
quet ex epistola, quam Papa Nicolaus in
ejus gratiam ad Regem Philippum Au-
dacem Suriani dedit 27 Junii 1280.
Renulphus Humblariensis sedem Pari- ^{ibid. p. 444.}
sinam per annos octo tenuit. Joan-
nes vero Aurelianensis in Ordine Præ-
dicatorum permanens optimo eis exem-
plo præluxit sex ac viginti annos, scilicet
usque ad annum 1306.

§. XLIII.

Vecci scriptum.

Constantinopoli Joannes Veccus Pa-
G 4 triar-